Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



non misisse enim sciebat qui nativitas
locutus esset ad me et tobias et sana
ballath metuebant eum dicentes. Accepit enim pecuniam ut iniquitatem fa
ceremus et peccarem et essent malum
et exprobrarent mihi. Memento mei
domine propter tobiam et sanaballath. nec
opera eorum talia fecerunt et noadiae prophetae et
ceteri prophetae qui terrebant me. Com
pletus est autem murus xxv die mensis
elul in diebus quinquaginta. Et factum est autem cum
audissent omnes inimici mei ut timerent omnes gentes quae in circu
itu meo erant et ceciderunt in oculis suis
metipsos et senserunt quoniam a deo factum est
opus hoc. Et in diebus illis multae
optimatum iudaeorum mittebantur epistolae ad tobiam et a tobia veniebant
ad eos. multi enim erant in iudea iurati
huius. quia gener erat sechaniae filii arae et iohanan filius eius accepit filiam mosol
lam filii barachiae et iucundabantur
coram me et iniquitates meas nuntiabant ei et tobias mittebat epistolas
ut terreret me. VII.

Postquam autem aedificatus est mu
rus et posui valvas et recen
sui ianitores et cantores et
levitas. Praecepi hanani fratri meo et a
nanie praeposito domus de hierusalem
quia ipse quasi vir verax et timens
deum plus ceteris videbatur. et dixi
eis. Non aperiantur portae usque
ad calorem solis. Cumque adhuc
assistent clausae sunt portae et oppi
latae posui custodes de habitatoribus
hierusalem singulos per vicos suos. et u
unusquisque contra domum suam. Ci
vitas autem erat lata nimis et
grandis et populus in medio eius.
et non erant domus aedificatae. Dedit autem deus in corde meo et congregavi
optimates et magistratus et populos.
ut recensem eos et inveni librum

census eorum qui ascenderant primum et
inventum est scriptum in eo. Isti filii p
vinciae qui ascenderunt de captivita
te transmigrationis quos transtulerat
nabuchodonosor rex babylonis et
reversi sunt in hierusalem et in iudeam. v
unusquisque in oppidum suum. qui ve
nerant cum zorobabel. Josue. nee
mias. azarias. raamias. naamani.
mardochaeus. bethsan. mespharat.
bagoai. nahum. baana. Numerus
virorum populi israel. filii pharaos. ii. mil
ia. c. lxxii. filii saphatiae. ccc. lxxxii.
filii arae. dc. lii. filii phaethmoab.
filiorum iesu et ioab. ii. milia. dccc.
xviii. filii ielam. mille. dccc. liii.
filii zethua. dccc. xlv. filii zachai.
dcc. lx. filii bani. dc. xlviii. filii
hebai. dc. xxviii. filii azgad. ii mi
lia. ii. ccc. xxii. filii adonicam. dc. lx.
vii. filii bagoai. ii. milia. ii. lx
vii. filii adin. dc. iv. filii ater fi
lii ezechiae. xc. viii. filii asem. ccc.
xxviii. filii bethsai. ccc. xxiii. filii
arioph. c. xii. filii gabaon. xcv. Vi
ri bethleem et netophaphat. c. lxxxviii.
Viri anathoth. c. xxviii. Viri be
thasmoth. xlii. Viri cariathiarim.
cephira et beroth. dcc. xliii. Viri ra
ma et gabaa. dc. xxi. Viri machma
ch. xxii. Viri bethel et hai. c. xxiii. Vi
ri nebo. alius. iii. Viri alii elam.
mille. i. ccc. liii. filii arem. ccc. xx.
filii iericho. ccc. xlv. filii iodaei. ccc
onon. dcc. xxi. filii senaa. iii milia
dccc. xxx. sacerdotes. filii iedaia in
domo iesua. dccc. lxxiii. filii em
mer. mille. iii. filii phassur mille
ccc. xlvii. Leuitae filii iesue et gad
miel. filiorum odouia. lxxiii. Cantores. filii asaph. c. xlviii. Ianitores. fi
lii sellum. filii ater. filii telmon.
filii accub. filii atita. filii sebai.
Nathinaei. c. xxx. viii. filii sua. fi
lii asaph. filii tyrebaoth. filii cheros.

filii arem mille. xvii.